

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rahn

**Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad
Exequias, Quas ... Viro Dn. M. Johanni Korffen/ Templi Jacobaei Diacono &
Venerandi Ministerii Seniori, Marito suo Charißimo Vidua moestissima parat,
Cives suos ... vocat**

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771915470>

Druck Freier  Zugang



Rhane, H.

in

J. K orff.

Rostock, 1638.



42.

RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profess. P.
AD EXEQUIAS,
Quas
Reverendo & Doctissimo Viro
Dn. M. JOHANNI
RÖRKELEN/
Templi Jacobai Diacono &
Venerandi Ministerij
SENIORI,
Marito suo Charissimo
Vidua moestissima parat,
Cives suos in eandem adem ad horam dimidiataw
primam serio & diligenter vocat.



ROSTOCHI,
Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.
Anno M DC XXXIX.

ГИАНІС РАІНІ
ГІАНІС РАІНІ
ГІАНІС РАІНІ

the Gentile world.

THE MARCH OF THE FRENCH ARMY IN LONDON

Digitized by srujanika@gmail.com

卷之三

Digitized by srujanika@gmail.com



Singulare hactenus, & exemplo rārum, divinæ providentiæ apud nos argumentum existit, quodq; nec estimare satis, Cives Academiæ, nec satis prosequi grata mente possimus, Ministros n. verbi divini, salutis atq; animarum nostrarum antistites, per hanc evidentissimā luem nobis coeleste Numen conservavit. Quorū eadem fuerunt pericula, quæ tot cives è medio sustulerunt. Cum n. circa se primum, parvisq; viribus, in proximos tamen & qui minimum metuissent, luctaretur hoc urbis publicum discrimen, nemo prius vim tanti mali cōdidic̄it, quām qui ad ægrotos præsepè atq; ultimò inviseret. Nulla fermē ejus generis mors est, quæ nunc depopulatur urbem nostram, cui facile culpam nō præstiterit contagio. Est enim intra nos omnino aliquid, quod fomes quidā mortalitatis nostræ est, facileq; scintillam accipit, & deinde in flamمام confluit, ac prorsus deflagrat. Cumq; ad hoc cœlum, quod in Oceanum declive est, corporum temperamenta respondeant, multumq; naturā putredinis asciscatur; mirari nemo debet, quod corruptus infectusq; semel vitæ nostræ sanguis, deterior quotidie se ipso fiat, tandemq;

Rr 2

peni-

penitus corrumperat ac finem afferat. Id mirum
est, tam frequentes multorum venenatos halitq;
quos unâ die toties imbibere debuerunt præsen-
tes, reperiisse avia quæq; circa sacerdotes nostros,
aliisq; interemptis, istos haec tenus in columnis trans-
fuisse. Homines erant, eodem aëre pascebantur
cum cæteris, & quicquid alios accendebat, toto
cubiculo divisum erat. Illi interea solliciti de æ-
grotis, de se se omnia maximè securi, peragere
preces suas, animasq; ex ovibus suis digressas in-
coelum comitari, sani ac valentes discedere. Sive
me, Cives Academiæ, quod Atheis facile credi-
tur, aliquod anus commentum, superstitione, sive
Creatoris paternum Numen occupavit, digna-
res est, quæ vestrum quemq; ad seriam cogitatio-
nem excitet. Eo magis, quia nemo Christianus
rectius exspirat animam suam, quam inter Pasto-
ris sui vocem, magno se se mysterio inter afflictas
res nostras mortisq; terrores probantem. Vah
quanta saepe desideria, quot vota sunt, illius ul-
timi itineris impetrare viaticum, verboq; coelestis
gratiæ confirmari posse. Diviso quâm saepissi-
me intra lucam & carnem spiritu nostro, pres-
soq; tot criminibus, ut præter consolantis Mini-
stri alloquium, istamq; Christi subloquentis eri-
gentisq; vocem, nihil unquam opis prævalere,
& si-

& sistere conturbatam dejectamq; conscientia possit. Adeo enim ille, plusquam Oecumenicus Pastor, facitq; intra præcordia nostra, ut credamus, eum esse, qui nobiscum loquatur, qui sanet vulnera nostra, quassatamq; arundinem restituat, & adversus quem prævalere ne quidē inferorum portæ valeant. Hæc ergo est illa cœlestis gratia, quæ nos hactenus comitata est, cum tot millibus hominum, tam brevi temporis spatio, hujus urbis pariter atq; lucis relinquenda usura esset. Nondum enim lugendi nobis causam aliquis sacerdos præbuit, maximasq; habuimus agere gratias, quod illis parcere voluerit cœlestes. Numen, qui, quando coetera omnia nobiscum, caduca sunt, immortalitatis rationē ac curā apud nos habent. Cū n. reddendus necessariō sit Creatori spiritus noster, nisi velimus æternum perire, non potest majus beneficium morientibus contingere, quam si intra illas manus, quibus ab ortu statu commissi sunt, beati discedant. Eaque causa est, quod videamur ingratia adversus tantum munus extitisse, cum ea parte multari in posterū nos necesse sit. Isto quidem cum initio supplicij nostri, quod porro triste, & nimis quam ferale esse videatur. Senior enim est Reverendi hujus Synedrij Ecclesiastici, canum ac charum ca-

R 13

put,


pus, qui tēfrere istum ordinem ac minari eadem
secum fata debet. Antiquæ fidei vir erat, publicæ
pietatis, & in exemplum probus. Nullo modo
temulentus, difficilis, iracundus, immisericors,
aut generis alicujus affectator. Candidus & cum
prudentia simplex, nemini molestus, omnibus
acceptus atq; charus. Orphanorum tutor singu-
laris, absq; quibus per ipsos viginti annos nun-
quam fuit. Credo equidem satis jacturæ
in tanto viro jam factum esse, postquam ab in-
nocentia Apostolorum magis quotidiè magisq;
disceditur, eaq; in religioso ordine commissa-
sunt, quibus minimi quiq; etiam publicitus of-
fendantur. Equidem erit deinceps, cum Reve-
rendum & Doctissimum Virum Dn. M. JOHANNEM
CORYIUM Jacobæanæ regionis Parochia deside-
ratura sit, cum, sicuti paullatim fit in his terris, de-
fecerint ejus in successore virtutes. Quem nun-
quam rectius repetemus votis, quam cum ad hoc
exemplum alios exigerimus. Quiq; fenestrā pro-
fecto aperuit, ostenditq; viam, qua porrò itura
esse lues publica videatur. Bis septem enim admo-
dum dies sunt, cum idem cōqueri cœpit noster,
quod aliis hactenus mortem attulit, eodemq;
morbo ad nuperum XVI. Julij hora in meridiè
propemodum quarta perquam fideliter, & sicu-
ti

cuti alios hactenus exhortat⁹ fuerat, in Salvatore
suo Iesu Christo discensit. Brevis morbi ratio est,
velut ipsa compendium cum hominibus facere
nunc solet. Vitæ summā attigitus anteas de or-
tu res petindē est, veluti super exitu, Ubiq; enim
omnia mortalia sunt. Natus apud nos est, Anno
Christi M D LXXIV, Mense Februario, Patre
Joachimo, honestissimo hujus urbis ac primario
Cive. Matre castissima Fœmina ANNA Kratwels.
Nomē indicat Christianum eum fuisse assertum.
A quo tempore in duodevigesimum ætatis
annum, domi, post in dinensium Gymnasio
per triennium bonis literis addictus, cum satis
profecisset, reversus, unde venit, clarissimos sui
ævi Theologos CHYTRÆUM, SCHACHTIUM, LOE-
CHIUM, Professores, diligenter magnoq; cum fru-
ctu audiit. Julianam quoq; Academiam invisit,
ad capienda Theologiæ, cui jam se prorsus asse-
ruerat, paulo majora incrementa. Rediit autem
ad patris lates, vocatusq; ad ædem D. Jacobi &
Crucis Dominicæ, simul in conjugium lectissi-
mæ virginis ELIZABETI & concessit. Quæ Viri Re-
verendi admodum & Clarissimi Dn. SIMONIS
PAULLI, SS. Theolog. D. Professoris, atq; hujus
Dioecesis Superintendentis meritissimi filia
exstitit. Ex qua IV, liberum genitor factus est,
unius

unius filij JOHANNIS, & trium filiatum ANNÆ,
in quintum mensem denatæ, superstitem CA-
THARINÆ, quæ eximio & Præstantissimo Viro
M. JOACHIMO DASENIO, nostræ Academiæ Secre-
tario nupsit, ut & ELISABETHÆ adhuc virginis.
Qua uxore cum ante triennium priaretur, votis
expetivit secundis Matronam honestissimam
ANNAM Warneftengs / NICOLAO Eggers/in-
tegerrimo apud nos laudatoq; Civi antehac
nuptam. Qua cum breve tempus, ætatis tamen
LXIV. annorum benè beatèq; vixit. Admo-
nemus vos Academiæ Cives, ut sacri Mynisterio
Verbi promptitudinem ac pietatem vestram de-
clareatis, frequentesq; mecum hujus Viri funus
prosecuturi adsitis. B.V.P.P. XIX. Julij An-
no Christi, M DC, XXXIX.



cuti alios haetenuis exhortato fu-
suo Iesu CHRISTO discellit. Brevie
velut ipsa compendium cum hoc
nunc solet. Vitæ summa attigiri-
tu res perinde est, veluti super ex-
omnia mortalia sunt. Natus apud
Christi M D LXXIV. Mense Fe-
bruario, Joachimo, honestissimo hujus ur-
bem. Matre castissima Fœmina.
Nomē indicat Christianum eum.
A quo tempore in duodevig-
annum, domi, post in ordinem
per triennium bonis literis addi-
prosecisset, reversus, unde venit,
ævi Theologos CHYTRÆUM, SCH-
ECHIUM, Professores, diligenter ma-
estu audiit. Julianum quoq; Academiam
ad capienda Theologiæ, cui jam
ruerat, paulò majora incrementa
ad patrios lates, vocatusq; ad ædes
Crucis Dominicæ, simul in congre-
mæ virginis ELIZABETÆ concessa
verendi admodum & Clarissimi
PAULLI, SS. Theolog. D. Profes-
Dioecesis Superintendantis n-
exstitit. Ex qua IV, liberum gen-



the scale towards document

032

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

101

102

103

104

105

106

107

108

109

110

111

112

113

114

115

116

117

118

119

120

121

122

123

124

125

126

127

128

129

130

131

132

133

134

135

136

137

138

139

140

141

142

143

144

145

146

147

148

149

150

151

152

153

154

155

156

157

158

159

160

161

162

163

164

165

166

167

168

169

170

171

172

173

174

175

176

177

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200

201

202

203

204

205

206

207

208

209

210

211

212

213

214

215

216

217

218

219

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

232

233

234

235

236

237

238

239

240

241

242

243

244

245

246

247

248

249

250

251

252

253

254

255

256

257

258

259

260

261

262

263

264

265

266

267

268

269

270

271

272

273

274

275

276

277

278

279

280

281

282

283

284

285

286

287

288

289

290

291

292

293

294

295

296

297

298

299

300

301

302

303

304

305

306

307

308

309

310

311

312

313